1) S. Isidori Episcopi lib. 2 Soliloquior.
2) Liber differentiarum Isidori junioris Ispanensis Episcopi

fallaceſ periuriunt. ſi mendaciū hominiſ lege donatur .
ſi fallacia humano iudicio conplectitur. ſi fulcitur capi
toli poena conſcribitur. quanto magiſ ante dm̄ teſtem
uerborum . os enim quod mentitur occidit animam .
& perdeſ eoſ qui locuntur mendacium . & teſtiſ falſuſ
non erit inpunituſ. REFUGE ERGO mendacium .
declina mendacium . caue falſum . pure loquere .
numquam mentiariſ. ESTO uerax. nullū circumſcri
baſ uerbiſ. nullum fallendo decipiaſ. nullum argu
mentiſ uerborum inducaſ. prohibe & iam tibi iuram̄
tum . tolle iurandi uſū . iuſiurandum interdic tibi .
PAERICULOSŪ eſt enim iurare . aſſiduitaſ iurandi .
periurii conſuetudinem facit . iurandi uſuſ. ad periuri
um ducit. SIT in ore tuo eſt . SIT in ore tuo non eſt .
ueritaſ iuramentum non indig&. FIDELIS SERMO .
ſacramenti r&in& locum . firma ſit ſacramenti tui fideſ.
fac bonum quod ſpondiſti . non ſiſ in uerbiſ faciliſ. & in o
puſ difficiliſ. Coram dō facile aliquid non promittaſ.
ſine conſideratione uirīū nihil praeſumaſ. quod non po
teſ facere . non pollicearis. multum dō reuſ eriſ.
ſi non rediſ quod uoueriſ. diſplicent dō quo uota ſua non
explent . inter infideleſ conputantur . qui quod uouer.
non impleuerunt . MELIUS EST enim non promit
tere . quam fidem promiſſi non exſoluere .
MELIUS EST non uouere, quam poſt uotum pro
miſſa non reddere . In malis autem promiſſiſ. reſ
cinde fidem . In turpe uoto . muta decretum . Quod in
caute uouiſti non faciaſ. Inſipiens eſt promiſſio .

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. D 219, 2_9r – A) Passiones sanctorum; B) Isidorus: Synonyma, Differentiae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-q34j/5322/50712)